Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

primu regnu dei et iustitiam eius. et hec omia adicie-
ent uobis Nolite ergo solliciti esse in crasti-
num Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi.
Sufficit enim diei malicia sua. Estote ergo
misericordes. sicut et pr uir misericors est. Nolite iudi-
care et non iudicabimini In quo enim iudicio iudi-
cauitis iudicabimini. Nolite condemnare et non
condemnabimini Dimittite et dimittemini Date
et dabit uobis Mensura bona et conferta et co-
agitata et super effluente dabit in sinu uestro.
Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remen-
ietur uobis. Dicebat autem et illis similitudinem Numquid
potest cecus cecum ducere. nonne ambo in foueam cadunt.
Non est discipulus super magistrum Perfectus autem omis erit
si sit sicut magister eius Quid autem uides festucam
in oculo fratris tui. et trabem in oculo tuo non uides.
Aut quomodo dicis fratri tuo. Frater sine eiciam festucam
de oculo tuo. et ecce trabes est in oculo tuo. Hypocrita
uice primum trabem de oculo tuo. et tunc uidebis uice
festucam de oculo fratris tui. Nolite sanctum dare
canibus. neque mittatis margaritas uestras ante
porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis. et
conuersi dirumpant uos Petite et dabitur
uobis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur uobis.
Omnis enim qui petit accipit. et qui quirit inuenit.
et pulsanti aperietur Aut quis est ex uobis homo. quem si
petierit filius suus panem. numquid lapidem porriget
ei. Aut si petierit piscem. numquid serpentem porriget
ei. Aut si petierit ouum. numquid scorpionem por-